



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Jtem de quarto Stellato S. Ioanne Meda Comensi, fundatore Monachorum, Ordinis Humiliatorum. cap. LIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

Vitam S. Gulielmi institutoris sui Ordinis, quam extare refert  
Thomas Costa, in vita S. Donati Monachi.

Item de quarto Stellato S. Ioanne Meda Comensi, fun-  
datore Monachorum, Ordinis Humiliatorum.

Cap. LIX.



**A**vis Ordo in quarto Stellato significatus est Hu-  
miliatorum qui primum exules extitere Lomba-  
di, maxima ex parte Mediolanenses, hi à Cunrado  
Cæsare (sive ut aliis placet ab Henrico Claudio, uel  
Fridérico Anobarbo Imp. diuersorū enim, diuer-  
sæ sunt sententiæ) propter coniurationes initas in  
Germaniam relegati, & exilio mulctati perpetuo, exilij tandem sui  
eos tædere cepit. Quos cum calamitas Deo propinquos simul cum  
eorum uxoribus fecisset, communi consensu tam uiri, quam mulieres  
vestibus albis induti, Guidone Mediolanense huius rei Duce præcep-  
te, sæpe sæpius Henricum II. Imp. Suppliciter flexo poplite rogaue-  
runt, ut propter Dei amorem sibi in patriam remeare liceret. Quod  
cum tandem impetrassent anno Domini 1046. nobilissimi uiri in eo-  
dem habitu, Deo summa pietate, sanctè, ac castè Mediolani seruien-  
tes, in unumq; coeuntes, exercitio Lanaricæ artis, iuxta illud Dauidicū,  
Labores manuum tuarum, quia manducabis, Beatus es, & benè tibi  
erit, sibi uictum comparare inceperunt: & pristinam uitæ formulam  
retinentes, separato coniugio, & amictu, non coloris, sed alterius for-  
mæ sumpto (erat autem tunica talaris præcineta, cum scapulari, & ca-  
putio angusto, pallium ad terram usque protensum, sed in utroque la-  
tere apertum, & pileus rotundus) eodemq; usque ad hæc nostra tem-  
pora usi, semimonachosi quodammodo agere cœperunt. Quibus de  
uirtute in uirtutem inædes. proficientibus, atque aliis ad eos se appli-  
cantibus, auctos sequentibus annis, disciplina S. P. N. Benedicti, San-  
ctus Ioannes Meda Comensis astrinxit. Ordinem sub nomine Hu-  
miliatorum, Apostolica Innocentij Papæ III. auctoritas comproba-  
uit, & multis Priuilegijs auxit, anno Christi 1200. Eorum prima Se-  
des ad locum, Rondinctum uocatum, non procul à Ciuitate Comen-  
si, locata: quæ inde in plures familias, ac præposituras dilatata, viros  
Sanctitate & doctrina claros protulit, uti in sequentibus patebit.

Prepositi